

QUAE IN AEQUALITATIS SPECIES CONSONANTIIS ATTENTIV

Ex his igitur inaequalitatibus generibus; postrema duo quae ex superioribus sunt mixtae relinquatur. De his uero prioribus speculatio facienda est. Optinere igitur maiorem ad consonantiam potestatem uidetur multiplex. consequenter autem super particularis. Super partiens uero ab harmoniae continentia separatur. ut quibusdam praeter tholomeum uidetur. VI. CUR MULTIPLICITAS. ET SURER PARTICULABILITAS CONSONANTIIS DEFICIENT

Et namque probantur comparationi consentanea. quae natura simplicia & quae quantitas discretae proprietate quantitatatis poteri ut custodire. Nam cum sit aliquid discretae quantitas. Alia uero continua. eaque discreta est. In minimo quidem discreta est sed & infinitum per maiora procedit. Namque linea minima unitas eademque finita est. infinitum uero. modus pluralitatis augebit. Ut numerus quicumque finita incipit unitate. crescendi non habet finem. Rursus quae est continua. tota quidem finita est sed per infinita minuitur. Lineam quae continua est. infinita semper partitione minuit. Cum sit eius summa. ut pedalis. uel quaecumque alia definita mensura. quocirca numerus semper infinita conerescit. Continua uero quantitas. infinita minuitur. Multiplicitas igitur quae crescendi finem non habet. numeri maxime seruat naturam. Super particularitas autem quae infinita minore minuit. proprietate seruat continue quantitatatis. Minuit autem minore. cum semper eum contans. et eius uel dimidia partem. tertiam. quartam. quintam. Nam semper partem a maiore numero denominata. ipsa crescit. Nam cum tertia a tribus denominata sit. quarta uero a quatuor. Cum quatuor tres superent. quarta potius quantiteria. minor inuenit. Super partiens uero iam quod ammodo a simplicitate discedit. duas enim. tres. quatuor habet in se partes. & a simplicitate discedens. excubitat ad quanda partium pluralitate. Rursus multiplicitas omni. integritate secontanda. Nam duplum bis habet totam minore. atque ad eundem modum caetera. Super particularitas uero nihil integrum seruat. sed uel dimidio superat. tertia. quarta. quinta. Sexta uero diuisionem singulis a simplicibus partibus operatur. Super partiens autem inaequalitas. praeseruat integrum. praesingulari adimit partes. atque uicirco secundum phitagoricis minime musicis consonantiis adhibetur. & tholomeus tamen. & iam hanc proportionem inter consonantias ponit. ut posterius ostendam.

QUAE PRO PORTIONES QUIBUS CONSONANTIIS MUSICIS ATTENTIV

Triplum item tertio constat totam minore.